

1 1. Bene ac sapienter, patres conscripti, maiores in-
stituerunt ut rerum agendarum ita dicendi initium a
precationibus capere, quod nihil rite, nihil providenter
2 nore auspicarentur. qui mos cui potius quam consuli 33
aut quando magis usurpandus colendusque est, quam
cum imperio senatus, auctoritate rei publicae ad agen-
3 das optimo principi gratias excitamur? quod enim
praestabilius est aut pulchrius munus deorum quam
4 castus et sanctus et dis simillimus princeps? ac, si 100
adhuc dubium fuisset, forte casuque rectores terris an
aliquo numine darentur, principem tamen nostrum li-
5 queret divinitus constitutum. non enim occulta po-
testate fatorum, sed ab Iove ipso coram ac palam re-
pertus electus est: quippe inter aras et altaria eodem- 15
que loci, quem deus ille tam manifestus ac praesens
6 quam caelum ac sidera insedit. quo magis aptum
piumque est te, Iuppiter optime, antea conditorem,
nunc conservatorem imperii nostri, precari, ut mihi
digna consule, digna senatu, digna principe contingat 20
oratio, utque omnibus, quae dicentur a me, libertas,
fides, veritas constet, tantumque a specie adulationis
absit gratiarum actio mea, quantum abest a necessi-
tate.

1 2. Equidem non consuli modo, sed omnibus civibus 25
enitendum reor, ne quid de principe nostro ita dicant,
2 ut idem illud de alio dici potuisse videatur. quare
abeant ac recedant voces illae, quas metus exprimebat:
nihil quale ante dicamus; nihil enim quale antea pa-